

πολυζητήσεως fallacia plurium interrogatio-  
num. Aristoteles vocat ψεῦδος ὡργὴ τὸ τὰ  
πλείω ἐρωτήματα ἐν ποιεῖν.

Fit autem quum aut de uno plura, aut  
de pluribus unum, aut de pluribus plura  
unâ interrogatione interrogantur. *De u-  
no plura*, veluti: *Estne hic canis & Pater &  
tuus?* de pluribus unum, ut: *Suntne libri  
Mosis & Maccabæorum Canonici?* de pluri-  
bus plura, ut: *Sobrietas & ebrietas suntne bo-  
num & malum?*

Ad hujusmodi interrogations, si unicâ  
responsione respondere velis, facile in er-  
rorem à Strophæis duceris. Sic si quærat  
Sophista: *Sitne canis hic & Pater & tuus?*  
Et tu simplici & unicâ responsione affir-  
mes, concludet:

*Hic canis est pater:*

*Hic canis est tuus:*

*E. hic canis est tuus pater. Vide Cap.  
VII. pag. 117.*

Expedies autem te statim, si distinctè & se-  
paratim dicas. *Est Pater catalorum, meus  
vero dominio.* Et addes: *medius terminus in-*  
*gre-*